



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XXXI. Quòd ob nimiam clementiam irrisus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ.

Οτι τῷ πλειονῶν ἐπιμνησίων μίτρον ὑπὸ δεξιῇ σφῶν
δυσώπουν.

Ωστ' ἤδη ποτὲ τῶν ἀμφ' αὐτὸν πνός ἐπι-
λαβόμενον φάναί, καὶ μέχρι τίνος ὦ ε-
πὶ τὴν ἀπλησίαν ἐκτείνωμεν; εἴτ' ἐπὶ γῆς μέ-
τρον ἀνδρός ἡλικίας ἐγχαράξας τῷ δόρατι ὁ
ἄλλ' ἡλικίας ἔχων ἐτύγχανε, τὸν σύμπαντα ἔ-
βησε πλάτων, ἔφη, καὶ τὸ πᾶν τῆς γῆς φοιχέον
εἰκλήσαιο, πλέον ἔδεν τετρατέτ' ἀειγραφέντι
γῆς διδοίσεις, εἰ δὴ καὶ αὐτὸς τύχης, ἀλλ' ἔ-
δεια, ταῦτα λέγων τε καὶ πρᾶπτῶν ἔπαυεν ὁ
μακάριος τὰ πρᾶγμα δ' ἐναργῶς αὐτοῖς
θεοπροπίοις ἔπεισεν, ἀλλ' ἔψιλοῖς ῥηματίοις
ἐοικέναι τὰ βασιλέως Θεοδοσίου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ.

Οτι ἔτι πῶς πλείονα φιλανθρωπίαν ἐχλευάζετε.

Επειδὴ οὐκ ἦν θανάτου φόβος εἰργωντῶς
εὐκαρῶς τῆ μοχθηρίας, βασιλέως μὲν ὄλε
σφῶν τὸ φιλανθρωπὸν ἐκδέδομένε, τῶν δ'
καὶ ἕκαστον ἔθνη δ' ἐχθρῶν μηδαμῶς μη-
δενὸς τοῖς πλημμελήμασιν ἐπεξίοντο, τῆτο
δὴ μομφὴν ἐτὴν τυχεῖσιν τῇ καθόλου διοική-
σει παρεῖχεν, εἴτ' οὕτω εὐλόγως, εἴτε καὶ μηδὲν
φίλον ἕκαστω, κενεῖτω ἑμὲ δ' ἐφέιδω τάλη-
δὴ γράφειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ.

Πῶς συζητήματός Κωνσταντίνου, ὁ σφῶν τῶν ἐξ ἑλίων σὺλ-
λογον ἔγραψεν.

Ρωμαία μὲν οὕτω γλώτῃ τὴν τῶν λόγων
συζητήσιν βασιλεὺς παρεῖχε μέτεβαλ-
λαι δ' αὐτὴν μετερμηνεύσαι φωνῇ (τῇ ἡμε-
τέρῃ) οἷς τῆτο ποιεῖν, ἔργον ἦν. τῶν δ' ἐρμη-
νεύσων λόγων, δεινῶς ἐνεκεν, μὴ τὴν πα-
ρεῖσιν ὑποθεσῶν ἐξῆς ἐκείνων σωμασῶ, ὃν ὁ
αὐτὸς ἐπέγραψε τῶν ἀγίων συλλόγῳ, τῇ
ἐκκλησίᾳ τῶ Θεοῦ ἀναθεῖς τὴν γραφὴν, ὡς μὴ
πρὸς κόμπον εἰναγομίσειε, τὴν ἡμετέραν ἀμφὶ
τῶν λεχθέντων μαθήσειαν.

CAPUT XXX.

Quod cuiusdam avaro sepulchri modum delineā-
vit, ut ei pudorem innoteret.

Proinde quendam ex familiaribus,
manu apprehensum his aliquando
verbis compellavit. Quousque tan-
dem, heus tu, cupiditatem extendimus?
Deinde cum hastā quam prae manibus
habebat, humani corporis staturam hu-
mi delineasset: Etiam si, inquit, cunctas
hujus saeculi divitias, totumque adeo
orbem terrarum tibi comparasset, ta-
men nihilo plus quam hoc a me descri-
ptum terrae spatium ablaturus es, si mo-
do etiam hoc tibi concessum fuerit. Ne-
que tamen beatissimus Princeps, cum
haec & ageret & diceret, quenquam a
pristina pravitate revocavit. Verum
ipso rerum eventu manifestissime com-
probatum est, Imperatoris monita divi-
nis oraculis potius, quam nudis sermo-
nibus similia exstitisse.

CAPUT XXXI.

Quod ob pietatis clementiam irrisus est.

Porro cum nullus esset extremi sup-
plicii metus, qui malos homines a
sceleribus deterretet; Imperatore pro-
fus in clementiam propenso, & ex pro-
vinciarum Rectoribus nemine crimina
coercente; eo factum est, ut publica ad-
ministratio non mediocrem reprehen-
sionem subierit; utrum jure, an injuria,
statuat quisque prout videbitur. Mihi
interim fas sit rerum veritatem scriptis
prodere.

CAPUT XXXII.

De Constantini oratione, quam ad Sanctorum
caetum scripsit.

ET Imperator quidem Latino ser-
mone orationes componebat. Eas
verò in Graecam postea linguam con-
vertabant Interpretes, quibus id mu-
nus erat adjunctum. Ex his orationibus
Graeco sermone translatis, exempli gra-
tia unam huic operi subijciam, quam il-
le ad Sanctorum caetum inscripsit, Ec-
clesiae Dei lucubrationem illam nuncu-
pans; ne cui forte nostrum super his re-
bus testimonium, vana atque inanis fa-
bula esse videatur.